Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



adorabis. et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabo-
lus. et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Feria. ii.
Hec dicit dns ds; Ecce ego ipse requiram Ezechiel.
oues meas. et inuisitabo illas. Sicut pastor uisitat
gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissi-
patarum. Sic uisitabo oues meas. et liberabo eas de omnibus
locis in quibus dispersae fuerant in die nubis et caliginis.
Et educam eas de populis. et congregabo eas de terris. et indu-
cam eas in terram suam. et pascam eas in montibus israel in riui
et in cunctis sedibus terre. In pascuis uberrimis pascam eas.
et in montibus excelsis israel erunt pascua eorum. Ibi requie-
scent in herbis uirentibus. et in pascuis pinguibus pascen-
tur super montes israel. Ego pascam oues meas. et eas ac-
cubare faciam. dicit dns ds. Quod perierat requiram. et quod
abiectum fuerit consolidabo. et quod pingue et forte custodi-
am. et pascam illas in iudicio et iustitia. Dicit dns omps.
Illo t. Dixit ihs discipulis suis. Cum Secundum matheum.
uenerit filius hominis in maiestate sua. et omnes angeli cum
eo. tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Et congrega-
buntur ante eum omnes gentes. et separabit eos ab inuicem
sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet oues
quidem a dextris suis. hedos autem a sinistris. Tc dicet rex his qui a
dextris ei erit. Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum
a constitutione mundi. Esurui enim. et dedistis mihi manducare.
Situi. et dedistis mihi potum. hospes eram. et collegistis me. Nudus
operuistis me. Infirmus. et uisitastis me. In carcere eram et uenistis ad
me. Tc respondebunt iusti dicentes. Quando te uidimus esurientem et
pauimus te. aut sitientem. et dedimus tibi potum. Qui autem te uidimus hospitem
et collegimus te. Aut nudum et operuimus te. Aut quando te uidimus infirmum aut
in carcere. et uenimus ad te. Et respondens rex dicet illis. Amen dico uobis

170